



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,  
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis  
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,  
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &  
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia  
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,  
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de  
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de  
Lugduni, 1669**

XIII. Quibus in euentibus liceat minoris emere anticipata solutione quam  
emeretur, si merces statim traderentur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Salon. 2. q. 77. ar. 1. controu. 18. Graffius lib. 2. de off. c. 112. n. 19. Ioann. de Salas dub. 30. n. 1. Ad huiusmodi caput referri debet, si rei vendit specialiter affectus esset, specialemque voluntatem, & delectationem ex ea perciperet; postea namque cum incommoditatem in pactum deducere, & pro illa sustinenda aliquid amplius arbitrio praedentis ultra rei valorem exigere. Vti notauit Mol. Lessius, Salon, Graffius, & Salas loc. alleg. Sed hoc intelligendum est (vt ipsimet Doctores aduertunt, specialiter Mol.) quando ea affectio ex aliqua rationabili & honesta causa prouenit, neque est aequalis cum pretij affectu, aliis lata via aperiretur exigendi ultra pretium.

Secundo ratione lucri cessantis potes aliquid exigere ultra id quod res de praesenti aestimatur, quia illa prauiatio pretio est aestimabilis ultra rem quam vendis. Si enim triticium tempore Augusti vendas, quod decreueras in tempus Maij feruare. Ipeians eo tempore plus valiturum, poteris si vendas tempore Augusti exigere quanti illud speratum lucrum aestimatur detracta aestimatione laboris, periculi, custodias, & expensarum in eius aportatione, vel feruatione. Vti ex communi docet Nauarr. c. 17. n. 21. & c. 28. n. 81. Valen Lessius, Petr. Nauarra, Molina, num. praecedenti allegari. Debes tamen aduertere non esse censendum tibi lucrum cessare, si pretio indigeas vt dampnam aliquid euites, cuius vitatio plus vel tanti aestimatur quanti aestimatur lucrum darium speratum, nam ea vitatio lucrum compensat, neque potes dici te velle triticium in aliud tempus vendendum feruare, cum potius velis vendere, vt dampnam illud euites. Vt bene aduertit Salas tract. de emp. & vendit. dub. 30. in fine.

Tercio alicui videbitur ratione solutionis credere per se rem vendi carius quam valere praesenti pecunia soluta. Sed nullatenus id admittendum est, quia esset manifesta vfura, siquidem excessum illum acciperes non pro re vendita, sed pro solutione dilata & credita quae est quoddam implicitum mutuum. Et habetur c. ciuitate c. consultu de vfuris Neque refert quod tempore quo tibi solutio facienda sit res plus sit valitura, nam illud incrementum non tibi, sed emptori cedit, in ipsum enim res, & illius dominium a tempore contractus translatum est. Sicut docent Ioann. Medina de restit. q. 38. c. 5. Couar. 2. var. c. 3. n. 6. Sor. 6. de iustit. q. 4. ar. 2. Tolet lib. de septem peccat. mortal. c. 5. in fine Ludouic. Lop. 1. p. instructor. 1. conscient. c. 2. v. 6. Salas tract. de emp. & vendit. dub. 41. Molina disp. 355. Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 6. Rebell. 2. p. lib. 9. quest. 11. Tamen contra sentiat Caiet. 2. 2. quest. 78. ar. 2. ad 7. Eman. Saa verbo venditio num. 7. quibus fuisse videtur c. in ciuitate de vfuris: vbi aromata vendita ad creditum plus venditur, quam si numerata pecunia venderetur. Sed hoc intelligendum est, vt explicat ibi Glossa, quia vendens illa feruare debebat, & ratione lucri cessantis sperari plus minusue quam eo tempore erant valitura vendi poterant.

Illud tamen est certum, si times molestias accepturum, & expensas facturum in pretio credito recuperando, posse te ob hanc causam aliquid ultra pretium ipsius rei exigere, quia ille timor pretio est aestimabilis, quem tamen non teneris gratis in fauorem emptoris subire, vti ferè omnes Doctores docent. Quinimo si times emptorem termino praefixo non soluturum forem, & esse periculo expositam, est alicui Doctores censent ob hanc causam nihil te posse accipere, longe verius est te pretium exigere & recipere posse, quia subire tunc pecuniae periculum in gratiam emptoris pretio est aestimabile. Si enim fideiussor periculum emptoris in se suscipiens posset pro ea securitate praestita pretium recipere, cur tu non poteris, si id periculum suscipis? Atque ita tradunt Ioann. Medina Cod. de restit. quest. 38. §. ad 3. causam, & in 4. causa. Valen. 2. 2. disp. 5. quest. 10. pun. 2. conclus. 4. Ara. gon. quest. 77. ar. 4. Salon. quest. 78. ar. 2. controuers. 26. Eman. Saa, verbo venditio num. 3. & 7. Petr. Nauarr. 3. de restit. c. 2. par. 1. dub. 11. num. 105. & par. 2. dub. 10. cap. 3. num. 342. Mol. disp. 304. & disp. 316. Lessius lib. 2. c. 21. dub. 6. & cap. 23. dub. 4. n. 43. Salas alius relatis tract. de emp. dub. 41.

Verum esto rem vendere ad creditum non possis carius quam praesenti pecunia per se, & ex natura rei. Attamen sepe res praesenti pecunia venditur infimo vel pretio mediocri, cum tamen ad creditum rigoroso pretio vendatur, in quo perspicuum est nullam adesse iniustitiam, cum intra latitudinem iusti pretij venditio celebratur, vti omnes docent.

Saepe tamen solet aliquid merces ex communi hominum aestimatione ad creditum vendi carius quam sit summum pretium, si pecunia numerata soluere, vti sunt merces pretiose in magna quantitate ad nandinas, ferè portum adiectae. Sic docentur Couarru. 2. var. c. 3. num. 6. Sotus 6. de iustit. quest. 4. ar. 1. ad 4. Salon. 2. q. 77. controuers. 24. Bañes, ar. 4. subit. 9. Lopez 2. p. instructor. conscient. c. 64. alijs 214. Tolet. lib. de septem peccat. c. 50. in fine. Molin. tract. 2. disp. 357. Lessius, lib. 2. c. 21. dub. 6. dicto 5. Rebell. de obligat. iustit. 2. p. lib. 9. quest. 12. in fine. Saa verbo emptio num. 4. & 7. Salas tract. de emp. dub. 41. Ratio ea est, nam cum haec merces ob eorum aestimationem, seu copiam non soleant numerata pecunia vendi, sed ad creditum, eorum pretium iustum censendum est, quod communi hominum aestimatione in eo modo vendendi iustum censetur, tamen si mi-

nas sit eo quod daretur, si numerata pecunia venderentur.

Dices inde inferri ob solam dilationem pecuniae pretium mercedum augeri quod est vfura, siquidem augetur ob virtuale mutuum. Deinde duplex pretium rebus constitui potest, aliud pro venditione ad creditum, aliud pro venditione ad pecuniam numeratam, quod nullatenus videtur admittendum. ex cap. in ciuitate c. consultu c. nauiganti de vfuris. Propter hanc obiectionem Nauarr. c. 23. num. 82. & conf. 32. de vfuris. Ioann. Medina de restit. quest. 38. c. 6. Gutier. canon. 99. cap. 39. num. 41. Garcia. 1. de contract. c. 24. Palac. lib. 4. cap. 13. Valen. 2. 1. disp. 5. quest. 20. pun. 2. §. 8. conclus. 6. Anglis. quest. de vfura ratione emptiois diffcult. 1. reprobande hunc modum vendendi carius ad creditum quam sit summum pretium, quod numerata pecunia esset soluendum.

Sed retinenda est superior sententia. Nam cum pretia rerum lege Principis vel hominum aestimatione constituantur, & his mercedibus ad creditum venditis diuersum pretium iustum constituitur quam ad numeratum, consequens est, vt illud iustum esse censendum sit. Causa autem ob quam diuersum pretium constituitur non est pecuniae dilatio, sed illius frequens periculum, & labor, & molestia in ea recuperanda, & lucrum cessans quod plerumque venditoribus contingit. Et licet haec in vna vel altera venditione cessent, non obinde pretium quod frequenter contingencia spectat mutatur. Vt bene aduertit Saa, verbo venditio n. 7. Salas dub. 42. in fine.

PUNCTVM XIII.

Quibus in euentibus liceat minoris emere anticipata solutione, quam emeretur, si merces statim traderentur?

- 1 Statuantur tituli legitimi emendi minoris.
2 Negant plures minoris emi absolute posse.
3 Opposta sententia improbabili non est.
4 Proposuitur quaedam obiectio, quae sit illi facis.
5 Quid de emptione debiti post annum soluendi? Affirmare plures vilius emi posse.
6 Verius est secluso morali periculo solutionis etc. non posse vilius emi.
7 Satisse rationibus oppositis.
8 Debitum difficile recuperatur minoris emi posse.
9 Sciens tuum debitum non esse soluendo ne quis illud debitu vendere vitio non manifestato.

Non est dubium, si ob illum modum emptiois aliquod dampnum incurras, aut lucrum tibi cesseret, quod possis ob eam causam minoris emere quam sit pretium rigorosum mercedum, si de praesenti traderentur, quia illa diminutio pretij compensatio est damni, vel lucri. Deinde si periculum fraudis sit in venditore quod non tradet merces, aut non tradet sinceras, vel statuto tempore, cum haec pretio aestimabilia sunt, poteris diminutione pretij compensare. Merces enim cum illo periculo coniunctae minoris aestimandae sunt.

Controuerfia igitur solam est, An casu quo haec cessent ex eo tantum, quod communiter per solutionem anticipatam emuntur possint minoris emi anticipata solutione, quam sit eorum pretium infimum, si de praesenti traderentur, vti solent emi lanæ in Flandriam transferendae.

Negant Ioann. Medina, quest. 38. de restit. cap. 6. Nauarr. c. 28. num. 82. & conf. 32. de vfura. Valen. 2. 1. disp. 5. quest. 20. pun. 2. §. 8. Gutier. canon. 99. cap. 39. num. 43. & 44. Rebell. 2. p. de oblig. iustit. lib. 9. quest. 11. num. 9. Garcia. 1. de contract. c. 24. & alij. Ducuntur quia emere infra infimum pretium ob anticipatam solutionem est lucrari ultra fortem ratione impliciti mutui.

Nihilominus est superior sententia consulenda sit, non videtur tamen improbabile hanc emptioem licitam esse. Vti docuit Cordub. in sum. quest. 85. Sotus 6. de iustit. quest. 4. ar. 5. in fine Bañes. 2. 2. quest. 77. ar. 4. dub. 10. Salon. quest. 78. ar. 1. controu. 13. Eman. Rodrig. 2. p. sum. cap. 83. num. 2. Ludouic. Lopez de contract. 1. p. cap. 41. & 2. p. instructor. cap. 65. alijs 215. Tolet. de septem peccat. c. 50. in fine. Anglis. quest. de vfura ratione emptiois ar. 1. diffcult. 1. Saa verbo emptio. n. 4. Mol. tract. 2. disp. 359. & 360. Lessius lib. 2. c. 21. dub. 7. Salas tr. de emp. dub. 43. & alij. Fundamentum est quod praeced. num. adduximus. Pretia rerum ex lege Principis, vel communi hominum aestimatione constituuntur. Cum autem his mercedibus anticipata solutione emptis homines inferius pretium constituent, quam si de facto & in praesenti traderentur, consequens est vt illud pretium sit censendum iustum. Maxime cum in hac pretij diminutione legitima & honesta ratione ducantur, quippe ducantur parum quia adeit frequenter periculum non recipiendi merces statuto tempore, aut sinceras, aut sine lite, partim quia emptori ex ea solutione anticipata lucrum cessat, aut dampnam emergit, partim quia ex eo modo vendendi multiplicatur venditores, & emptores di-

tribuantur.

minuitur, venditorumque indigentia succurritur cum empro-

ram periculo. Et licet in vno, vel altero casu hac cessent, id per-

accidens est, neque pretium ex communitate contingentibus con-

stitutum mutat. Quod si dicas pretium iustum rei est quod valet res tempore...

Hincque solutum est fundamentum oppositum. Non enim diminuitur pretium ob anticipatam solutionem precise, sed ob...

Huc perinet decisio illius questionis, An centum Titio debita...

Secundo quod creditor tibi vendit non est centum tibi solu-

enda, quia ipse ex ea venditione non constituitur debitor, nec...

Tercio si aliqua ratione hac venditio illicita esset, maxime...

Quarto si ius ad centum emere nequis nonaginta v. g. neque...

Adhuc prædicti Doctores Caiet. excepto etiam ipsum debi-

toorem hac iura minoris emere posse, modo soluendo difficilem...

non se præbeat, vt in causa sit quod creditor debitum minoris...

vendat, quia ipse debitor non debet esse deterioris conditionis...

quam quilibet alius. Ceterum contraria sententia nimirum secluso periculo...

moralis difficultis solutionis futuro stante, aliusque inconvenientibus...

extincentibus non posse hoc ius minoris emi, neque ab ipso debi-

toore, neque ab alio tercio, communis est quam docuit D. Thom.

opusc. 67. ad lectorem Florentin. et opusc. 73. de usuris. 1. p. c.

8. Anton 2 p. iii. l. c. 8. §. 3. et 4. Ioann. Med. de restit. quest. 38.

dub. vit. & quest. 1. de cambitis Sotus 6. de instr. quest. 4. ar. 1.

ad 3. Syluest. verbo usura 2. quest. 14. Bañes 222. quest. 77. ar. 4.

dub. 5. Aragon eodem art. in fine Valen. dist. 5. quest. 20. pun. 2.

conclus. 5. Grassi 1. p. lib. 2. c. 112. num. 25. Mercado 1. de con-

tract. c. 12. Molina oppositam sententiam improbabilem repu-

tans tract. 2. dist. 361. Lessius lib. 2. c. 21. dub. 2. non. 70. Sotus...

Quod si dicas in eo casu non emi obligationem quam habes...

Neque rationes in contrarium obstant. Ad primam negan-

Ad secundum concedo non emi centum formaliter, sed in ad...

Tertium conuenit non esse vtiam formalem, est tamen vi-

Ad vltimum in redditibus personalibus longe est diuersa ratio,

Sed quid si creditori difficile sit sui debiti solutionem recip-

ret. emptorque illarum esset ignarus, sine dubio censio re illa vendere non posse nisi emptori vitio rei venditae manifestato. Hinc optimè tradit Lessius lib. 2. c. 2. 1. dub. 10. n. 80. & seq. Salas dub. 4. 4. Si sciam occulte meum debitorem non esse solvendo non posse illud debitum alteri illius vitij ignaro vendere, quia venderem rem vitiosam, & defectuosam.

PUNCTUM XIV.

An ratione donationis admixta possit esse emptio, vel venditio plus, vel minoris iusto?

- 1 Ex donatione emptoris augere, & ex donatione venditoris diminui pretium legitimum potest.
2 Quando censetur facta donatio.
3 Donare præcedens nomine donationis vitij debet.

Conueniunt ferè omnes Doctores, Nauarr. cap. 9. de iudiciis, notub. 6. num. 61. Ioann. Medina, q. 31. 32. & 36. de restit. Contrad. de contract. q. 57. & 58. Molin. disp. 351. Valen. disp. 5. 2. punct. 2. §. 2. Graffis, 1. p. lib. 2. c. 112. n. 12. & alij siue pretium legitimum sit sine naturali, seu viiugare ex donatione emptoris augeri, vel ex donatione venditoris diminui posse. Non enim contractus emptiois & venditionis impedit quominus venditor, vel emptor donationem præstare possint.

Difficultas autem est quando censetur venditor donationem facere vendens minus iusto, emptor vero emens ultra iustum pretium? Neque placet Eman. Saa assertum, verbo venditio n. 20. cum ait, quod parum est censetur emptor, & venditor condonare iniuciam, quia donatio etiam in minimo nunquam præsumitur, cum donare sit perdere leg. filiusfamilias ff. de donationib.

Neque item ex eo quod emptor, aut venditor sciunt rei pretium censendi sunt donare. Sed insuper debet adesse aliqua ratio virgens præsumptionem donationis inducens, quia potest emptor augere pretium, & venditor diminuire non quidem animo vero donandi, sed necessitate compulsi, quia aliter neque emptor venditorum inueniret, nec venditor emptorem. Quo casu ea non est censenda donatio, quæ animam liberalem exigit.

Si autem nullâ interueniente necessitate venditor rei venditæ pretium diminueret, vel emptor augeret census eius valoris regulariter donatio præsumenda est, neque in conscientie foro, neque in exteriori villa querela iustitiam potest de latione; quod pluribus rebus probauit Menoch. lib. 2. de arbit. casu 88. in fine.

Debet tamen sic donare præcedens nomine donationis vitij, nam si nomine emptiois, aut venditionis, & non donationis vitij fuerit, non satis præsumptionem donationis inducet, vt quid enim eo nomine venditionis, vel emptiois vtebatur, si donare, & non vendere, aut emere intendebat? Quare vt rectè Marien. leg. 1. gloss. 8. tit. 1. lib. 5. n. 39. aduertit probare debet qui donat causam ob quam donationis nomen fugerit, cum donationem facere intendit, vel quia prohibitus erat donare, vt in leg. ff. sponsus. §. circa ff. de donationib. inter vir. & vxor. vel quia consanguineus, vel amicus magnus erat emptoris, vel venditoris, & vt maiorem firmitatem haberet donatio venditionem committens est, vel quia alia via nisi venditionis simulatione non poterat atque dedecore recipientis fieri donatio. Nisi enim aliqua ex his causis vel similibus intercedat, nequaquam donatio præsumi potest, neque ob hanc causam pretium auctum, vel diminutum.

PUNCTUM XV.

An si scias breui tempore pretium mercium diminuendum, vel augendum possis pretio nunc currenti emere, aut vendere?

- 1 Ob mercium deteriorationem futuram vitium venditio faciendâ est.
2 Negatiuam partem in proposita questione aliqui censent.
3 Verior est affirmatiua.
4 Satisse fundamentis oppositis.
5 Procedit doctrina in pecunia.
6 Item in venditione frumenti.
7 Bona consistenda, & libri prohibendi non debent pretio currenti vendi.
8 Temperant aliqui doctrinam superiorem, ne procedat quoad obligationem charitatis. Sed non admittunt restrictio.
9 Non debet emptorem decipere pretium non esse minuendum, & quando censetur deceptor.

Non est controversia de diminutione pretij & valoris ob mercium deteriorationem futuram. Nam si huius vitij conscius sis nequaquam potes vendere pretio currenti. Vt colligitur ex leg. ff. vitiâ. ff. de actionib. empti. Si enim scires vinum

antequam ab emptore consumeretur deteriorandum esse, non posses pretio currenti vendere, quia venderes rem vitiosam vitio non detecto. Debes namque monere emptorem, vel diminuire in pretio quanti illa deterioratio æstimatur. Idem est si agnosceres domum, vel equum venditum cito esse periturum ex causa ab ipsis rebus procedente.

Controuersia igitur est, cum ex causa extrinseca nimirum ex decreto Principis, ex abundantia, vel sterilitate valor mercium augendus vel diminuendus est, an inquam si hoc scias possis vendere, vel emere pretio currenti?

Negat Cicero lib. 3. sff. iorum. vendere posse absque iniustitia mercem emptori ignaro diminutionis futuræ, neque eas statim consumpturo. Cui adheret Ioann. Medina. de restit. quest. 35. Contrad. de contract. quest. 62. 63. & 76. Rodrig. 2. p. sum. c. 8. 1. 10. Fauet Glossa in leg. contra legem. ff. de legibus. Bartol. leg. quæro. ff. de actionib. empti, & alij relati à Couarruu. reg. peccatum. 2. p. §. 4. n. 6. Ducuntur primo, quia emptor mercium, quarum valor statim diminuendus est inuoluntariè, & per errorem censetur emere, nam si diminutionis futuræ conscius esset, nullatenus emptioem celebraret. Secundo pretij præsentis augmentum vel diminutio maxime pendet ex euentu proxime futuro: at inspecto euentu proxime futuro fere pro nihilo habendæ sunt. Ergo nunc merces minoris æstimari debent. Quod si dicas ex euentu proxime futuro pendere augmentum, vel diminutionem pretij præsentis, cum euentus futurus communiter notus est, fecus verò cum solum notus est venditori, alterius singulari, obstat quia illa ignorantia esto communis sit, irrationabilis est, & rebus ipsis, & euentu futuro improporionata. Ergo emptori non potest, quin euentus futurus præsentis tempore mercium valorem augeat, vel diminueat. Tertio ab inconuenienti. Posses namque vendere domum pretio currenti, quam scires ab hostibus in crastinum diruendam, locare, cum scires Regem, cuiusque aulam è ciuitate discessurum, pecuniam expendere, tum murto, tum emptioem, cum statim scias exauctorandam, vel minuendam. Vendere triticum alioquin non vendendum, cuius pretium scis statim diminuendum. Item libros prohibendos, & bona confiscanda, quæ certe in graue damnus proximi cedentes si admittantur.

Nihilominus etsi hæc sententia probabilis sit, probabilior est pretio currenti vendi vel emi posse non obstante augmento, vel diminutione futura priuatum cognita. Vt docuerunt D. Thom. 2. 2. quest. 77. art. 8. ad. 4. Caiet. ibi. Bañes, dub. 4. Aragon. dub. 2. Valent. disp. 5. quest. 20. punct. 4. post med. Salon. controuers. vlt. Syluest. verbo emptio, quest. 15. num. 16. Rosella, ibi num. 20. Atmilla, numer. 21. Sotus 6. de iustit. quest. 3. art. 2. ad. 5. Couarruu. reg. peccatum. 2. part. §. 4. num. 6. Tolet. de septem peccat. mortal. cap. 50. num. 3. Mol. disp. 354. Lessius lib. 2. cap. 21. dub. 5. per totum. Rebell. de obligat. iustit. 2. part. lib. 9. quest. 6. Salas alios referens tract. de empt. cap. 32. Et colligitur ex illo Genesis. 41. vbi sanctissimus Ioseph, sciens sterilitatem futuram ob quam frumenti valor augendus erat pretio currenti ingentem illius copiam emi, & reclusi. Ratio vero est, quia illa censenda est iusta emptio, aut venditio quæ valoris rei venditæ, aut emptæ adæquat, cum res nihil amplius valeat quam quod lege iusta, & communi hominum æstimatione valere iudicatur, ergo, &c. Neque refert hanc communem hominum æstimationem aut ignorantiam euentus futuri, quia valor naturalis, seu vulgaris rei ex hominum æstimatione quocumque modo concepta prouenit sicut valor legitimus ex ipsa lege, dum lex perseverat.

Neque rationes in contrarium virgent. Ad primam concedo illum contractum esse aliquo modo inuoluntarium; sed quia est simpliciter voluntarius, & non procedit ex errore aliquo ad substantiam contractus pertinente validus est.

Ad secundum respondeo, vt ibi pendere inquam præsentis pretij vulgaris augmentum, & diminutionem ex euentu futuro communiter, non autem singulariter noto. Et ad replicam dico illam æstimationem non esse irrationabilem, sed rationi consonam, vt pote rei secundum circumstantias communiter notas conformem.

Ad tertium variant Doctores. Nam aliqui ex nostra sententia eos casus negant. Alij admittunt, neque vllum reparant inconueniens, quibus ego magis assentior. Vt autem veritas clarescat per singulos discutamus. Et in primis existimo optimè posse vendi domum pretio currenti, quam priuata notitia agnoscis ab hostibus diruendam ob rationem in conclusione oppositam. De locatione domus, cum scis aulam regiam discessuram negat Valen. dicto pun. 4. cuius ratio esse potest, quia non vendis præsentem habitationem, sed futuram, cuius pretium, & valor ex tempore quo fueris habitata desumendus est. Sed verius est validam esse locationem, alias nulla esset locatio, esto ignarus illius euentus eam facere, quod neque etiam contrariè sententiæ admittunt. Quare dicendum est se conducere seu vendere ius ad præsentem, & futuram habitationem, quod us cum præsentis sit, & communi hominum æstimatione tanti in præsentem æstimatur, consequens est locationem validam fore. Vt concedit Salas d. cap. 12. post med.

De pecunia breui minuenda, vel deponenda censent Syluest. verbo